


## De Transitu Israelitarum Per Mare Rubrum

Gedani: Typis, Johannis Zachariæ Stollii, [1702?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861927435>

Druck Freier  Zugang





90


49. dg.

Fa 1092 (90.)



10





1. Jo. Bernh. Hahn introductio generalis in Pentateuchum Mo.  
 2<sup>o</sup> Region. 1797.  
messeria
2. Jo. Deuschnaun de Spiritu Sancto hospite pentecostali Steuernus  
 in Paradiso Gen 1. 11. III. reuelata relique tradita Wittob 1692
3. Jo. Avv. Mich. Nagelii Observationes in Gen 1. 2. Hel 1742
4. Matth. Killerus de opere secundi diei. ad Gen 1. 6. 7. 8. Tubing 1720
5. Carp. Loßcheri consiliam DEI circa hominis creationem. ep  
 Gen 1. 26. 1697 rec. Wittob 1704.
6. Christo. Matth. Plaffius de prima et benedictione et lege divina:  
 creata et multiplicati ad Gen 1. 28. Tubing 1720. 1742.
7. idem de hepaemeri Mossici opere die septimo absoluto, huiusque  
 sanctificatione ad Gen 1. 2 Tubing 1742.
8. Jo. Herm. Beannerus de tentatione in Paradiso Gees 1745
9. Christo. Simoth. Seidelius de primo primorum hominum peccato  
Keluff 1748
10. Avv. Hellmannus de duplici respectu primorum hominum ad  
 Gen III. 7. 21. Gotenb. 1744.
11. Jac. Mich. Teuselinus de Adamo, e sola illa arbore adepturo cogit,  
 tionem boni et mali ad Gen. III. 22. Gotting 1745.
12. Jo. Guil. Hock de cherubim Paradisi ad Gen III. 24. Wittob 1720.
13. Carp. Jac. Kath de fide matris uicentium in virum pe.  
 houam ad Gen IV. 1. Erl. 1740.
14. Jo. Frider. Zolt unius Lutrastrung gen und Graduel ibon  
ad Gen III. 1. Jan. 1749.
15. Nicol. Pancius de colloquio Caini Wittob 1694.
16. Jo. Christo. Orllobius de signo Caini ad Gen III. 15. Ep
17. Jo. Cyprianus de propagando euangelio ad Gen III. 26. Leip 1747.



18. Nicol. Guil. Schneiderus de prima cultus publici divini institutione.  
Narp. 1745.
19. Aug. Pfeifferus de Henoch ad Gen. 11. 22. 23. 24. Wittel 1670
20. Jo. Henr. a Seelen examen hypothesis de diluvio aenigmatico  
Rost. 1725
21. Jo. Rud. Pfander de sensu verborum Gen. 11. 5. coll. 12. 21.  
Tubing. 1719
22. Hern. Jac. Lapis de poenitentia DEO adferta ad Gen. 11. 6.  
Griphiswal. 1747.
23. Georg. Hartwig Pfründner, coram aingz Pätz von dem Spiritibus  
zu vabul und der daniel unklungten Sprachw. Verwirrung der,  
glogst unorden. Laub. 1742.
24. Matth. Kistlerus de antiquissima gigantum gente eorumque  
sedibus ad Gen. XIV. 6. Tubing 1701.
25. Jo. Val. Stegmayer de Abrahamo peregrinante cum femine  
sua. Jen. 1714.
26. Georg. Friedr. Nienhagk de tribus viris Abrahamo appa-  
rentibus ad Gen. XVIII. 1. Rost 1707. Dupl. M.
27. Jo. Rud. Kieseling de divinis Abrahami hospitibus ad Gen.  
XVIII. 1. 2. 3. Lipz 1740
28. Jo. Saubertus de statua falsi et Lotii ex Sodoma  
egressu. Helvst 1660.
29. Christ. Friedr. Bauer de domini ad Abrahamum juramento  
ad Gen. XXII. 16. Luc. 1. 54. 55. 69-75 et Hebr. 11. 19.  
Wittel 1746
30. Jo. Henr. a Seelen de Abrahamo et Jacobo Patriarchis  
viduis ad Gen. XXIII. 1-19. XXXV. 19. 20. Lub. 1714.
31. Aug. Pfeifferus de Theraphim fidei Labani ad Gen. XXXI.  
Wittel 1663
32. Theod. Christ. Blienthalius de gloria Angeli federis cum Jacobo  
collocantis ad Gen. XXXII. 24. Lipz et Hef. XII. A. Regiom. 1714.


ad Gen. x. xxv. 2. 3. 4. Lips 1744.

35. Gen. 9. Henr. Zeibichius de quibusdam num. Pharaos opera Josephi ad veram ecclesiam perductus fuerit. Lub. 1712.
36. Aug. Stöckius de Josephi Josephi divinatoris ad Gen. x. xv. 3. Ferg. 1725
37. Georg. Dau. Kypke de integritate Cap. x. vii. Genes. contra Schuckfordi Hal. 1744
38. Christo. Henr. Zeibichius de sepultura in terra facta a Josepho ad Josepho patriarchis moribundis exposita ad Gen. x. xviii. 29. 30. 31. x. xxi. 29. 30. 31. 32. L. 5. 24. 25. Hebr. xi. 21. 22. Witeb. 1744.
39. Jo. Christi. Einigt de manu dextra honoratione ad Gen. x. xlviii. 14. Lips 1707
40. Hart. Friedr. Zacharias de ritibus scholasticis Judaeorum ad Gen. x. xxi. 20. Witeb. 1748
41. Theod. Kofalus de Naphthalitide patria Apostolorum ad Gen. x. xxi. 21. Brem. 1724.
42. Jo. Friedr. Preßler notae in Josephi Torelli animadversiones in Exodi librum ad l. xx. graecam interpretationem. Lips 1746
43. Friedr. Wich. Krafft de pietate obsequium qua Deus domos diuitibus effluente aedificasse Israelitis ad Exod. 11. 20. 21. Gen. 1744
44. Christo. Aug. Heumannus de Pseudothamaturis Pharaonis. Witeb. rec. Jen. 1745
45. Oernd. von Süßan spūsus sanguinum ad Exod. 11. 15. 16. Region 1749
46. Jo. Silmann Scheut de altellis farris et probanis Hebr. 1749
47. Christo. Henr. Zeibichius de mysterio carnis asae in nocte paphatis prina concocanda ad Exod. xii. 8. 9. Witeb. 1744
48. Christi. Henr. Promet de angelo exterminatore ad Exod. xii. 29. et J. l. xxviii. 49. Gen. 1685.
49. Christi. Salmus de transitu Israelitarum per mare rubrum Ged. 1702

- xxiii, ao. xl. 22. Gryphiswald. 1752.
51. Josias Hens. Opitius de candelabri trofæiâ admirabilâ fructu  
 rã ejusdemque posu in sancto fructu Exod xxvi, 31- 20 et  
Num. viii, 2. A. Jen 1708.
52. Georg Adolph. Hehnerus de תְּרִיבִי תִיבִי - תִיבִי אֲשֶׁר אֲשֶׁר אֲשֶׁר  
ad Exod xxviii, 38. Lips 1745.
53. Casp. Neumannus de gemmis prim et Phumini ad Exod xxviii, 90.  
 et de uibo Samaritæ obsessæ. ad 2 Reg vi, 25. Lips 1709.
54. Jo. a Haritz de unctione sacerdotum ad Exod xxviii, 41. Luzj.  
Pratan. 1692.
55. Jonas Mahlia de Schirin ad Leuit xviii, 2. Chron. xi, 15. Jep.  
xiii, 21. xxxiiv, 14. Gateab. 1747.
56. Josch. Lud. Tragath de fundamento matrimonii inter com.  
primigos ad Leuit. xviii, 11. Josch. 1747.
57. Jo. Mik. Langius de nuptiis per ius naturæ, divinum, calof.  
afficiunt prohibitilis Actorf. 1709.
58. Andr. Boberg de manipulo primitionum uicis ad Leuiticos. xx, 101  
to. 1710.
59. Jo. Christi. Bueckius de anno hebraeorum jubilæo ad Leuiticos. xxv.  
Witkeb. 1700.
60. Jo. Berub. Hahn de anno jubilæo hebraeorum ad Leuiticos.  
xxv. Witkeb 1747.
61. Septus penitentialis ducatus magdeburgensis in uolis ep  
Leu. xxvii, 23, 24 et 2 Cor. v, 10- 21. propofiti. Magd. 1715.
62. Georg Roebius de Coræ, Sathais, Abirani et Oni descentu ad  
inferos ad Num. xvi. Lips 1607.
63. Christi. Kortholtus de virga Aarons florida ad Numeros.  
xvii. Kil 1674.
64. Christi. Gottl. Friedr. Wolfius de libris recti et bellouid. ad  
Num xxi, 14. Jof. x, 10. 2 Sam i, 10. Lips 1742.
65. Franco Wockenius de mercede dicuntoria Witkeb 1727.
66. Christo. Sontagius de liquis Sithin. ad Num xxv, 1.

21 1749 1710

Jo. Dud. Kirslingus de judaeis ad saluberrimam Zelotypiam promou-  
catis Lipsi 1746  
68. Idem de judaeo explorari veritatis contra semetipsum teste  
ad Deuterom. xxviii, 64. 65. Lipsi 1748



51

52.

53.

54

55.

56.

57.


60.

61.

62.

63.





DE  
**TRANSITU**  
**ISRAELITARUM**  
PER  
**MARE RUBRUM.**

Divini Numinis Gratia Annuente,  
*SUB PRÆSIDIO*  
**M. CHRISTIANI SAHMII,**  
Mathematicum Professoris Publici Ordinarii,

Rector.  
In Auditorio Maximo  
Athenæi Gedanensis  
publicè disputabit  
**LEONHARDUS GEBAUERUS,**  
Silesius.  
M DCCII. die XII. Januarii.

---

*G E D A N I,*  
Typis, **JOHANNIS ZACHARIÆ STOLLII.**  
ATHEN. TYPOGR.



VIRIS

*Magnifico, Generoso & Maxime Strenuo,*  
DN. GABRIELI à BOEMELN,  
Inclytæ Reipubl. Gedan. Consuli meritissimo,

nec non

*Summè Reverendo & Excellentissimo*  
DN. SAMUELI SCHELGUIGIO,  
S. S. Theol. D. & Prof. P. celeberrimo, Athenæi Gedan.  
Reçtori, & ad S.S. Trinit. Pastori longe meritissimo.  
Domino Agnato & Avunculo, Studiorumq; suorum Promotori &  
Præceptori Patris instar, observantissime colendo.

ut &

*Plurimum Reverendis, Amplissimis & Doctissimis,*  
DN. JOHANNI FALCKIO,  
Ad ædem D. Cathar. Pastori.

DN. MICHAELI KEMPINIO,  
Ad ædem D. Cathar. Pastori.

DN. JOH. LAURENTIO FISCHERO,  
Ad ædem D. Johan. Diacono.

DN. ALBERTO POMIAN PESAROVIO,  
Ad ædem S. S. Triados & D. Annæ Symmittæ  
Teuto-Polonico.

Orthodoxiæ Propugnatoribus strenuis, fidelibus & vigilantissimis,  
dequæ Ecclesiâ suâ undique meritissimis.

*Domini Patronis, Mæcenatibus & Fautoribus, omni qua  
debet, observantiæ & honoris cultu, prosequendis & devenerandis,*  
*Hoc quicquid est studiorum specimen dicatum esse jubet,*

TANTORUM NOMINUM

Cliens & Cultor

Leonhardus Gebauerus.

## I. N. J.

## §. I.

**I**sraelitas post varias Ægyptiorum clades à Pharaone dimissos, ut DEUM colerent in deserto, atque ad mare Rubrum mandato Dei digressos, a Rege facti poenitentem ducto intra montes exercitu conclusos ac ferè oppressos esse, divino autem miraculo per mare rubrum transitum invenisse, cedentibus aquis marinis & exsiccato maris fundo, non solum Scriptura Sacra pluribus in locis accurate describit, sed & Historici Ethnici literis consignant. Et Scriptura quidem Sacra ex professo miraculosum hunc Israëlitarum per mare rubrum transitum exponit, *Exod. XIV. 21. seq. & Numer. XXXIII. 8.* ejusq; denuo mentionem facit *Josue IV. 23. Psalmo LXXVIII. CVI. 9. CXIV. 3. Es. LXIII. 13. 1. Corinth. X. 1. Hebr. XI. 29.* In profanis autem Scriptoribus hujus miraculi vestigia hinc inde quoque apparent. Præcipuum hac in causa videtur esse testimonium *Ariapani in Opere de Judæis*, quod descripsit *Ensebius lib. IX. Preparationis Evangelicæ cap. 27.* his verbis: is ergo tradit: *Judæos multis ab Ægyptio tum poculis, tum vestibus corrogatis, aliaque multiplici gazâ, trajectis Arabiæ fluminibus, magnoq; confecto itinere, ad Mare rubrum tertio demum die pervenisse. Atque a Memphitis quidem ita narrari, Moysum totius regionis scientissimum, observato reciprocantis æstus tempore, sicco mari universam multitudinem transmisisse. Ab Heliopolitanis verò secus: Quippe Regem abeuntes Judæos, quæque ab Ægyptiis mutuo acceperant secum auferentes, ingenti exercitu cum animantibus consecratis persecutum esse. At Moysum uti mare virga percuteret divinitus admonitum, Aquam virga tetigisse, ac discedentibus illico fluctibus, copias sicco tramite deduxisse. Eandem porro viam tentantibus, ac fugientibus terga prementibus Ægyptiis, cum adversus repente ignem corruscasse, tum ipsum quoque mare patentem semitam resluentibus undis obruisse: Itaque partim igni, partim æstu maritimo Ægyptios ad unum omnes periisse: Judæos vero ab imminenti periculo liberatos, per solitudinem annos triginta continenter vagatos esse. Nec obscure eundem Israëlitarum per Mare rubrum transitum insinuat *Diodorus Siculus lib. 3 Bibliothecæ sue pag. 122.* Ita scribeus: *Apud vicinos Ichthyophagos veteri fama, quam**

A  
a majo.

a majoribus acceptam tradunt, fertur magno quodam maris recessu, omnibus locis ejus sinus arefactus, & mari in oppositas partes relabente, fundum coloris viridis apparuisse; & rursus immenso aestu mare reslunum in priorem locum esse restitutum.

§. II.

Venit autem Maris Rubri appellatione Geographis aliquando totus ille Oceani tractus, qui inter Africam ac Taprobanam, Insulam Maris orientalis, quam Sumatram dicunt hodie, interjacet, unde & *Arriani Nicomediensis Periplus Maris Erythraei* a portu Aegypti, qui *Μυός ὀγυος* appellatur, ad Gangem usque describit, quaecunque observatione digna occurrunt, & Autores Latini Indum, Tigrin & Euphratem flumina, in Mare Rubrum se exonerare testantur, ut ex fertis verbis de Tigri scribit *Seneca*:

*Tepidum rubenti Tigrin immisces freto.*

Ast vero Aegyptum, ex qua egressi sunt Israelitae, ea saltem pars Maris Rubri alluit, quae hodie Sinus Arabicus, quaeq; in Scriptura *הַיָּם הַדָּק* *Mare algosum*, nuncupatur, quoniam multum Algæ in eo invenitur, ut ex plurimis probatorum Autorum testimoniis probat *Samuel Bocharius Geographiae Sacrae p. 282. & 283.* Quamquam autem longo satis tractu Sinus etiam Arabicus extendatur, Israelitas tamen circa partem ejus maxime Boream transisse eundem, non uno ex Saceris literis petito argumento confirmari potest. Initio enim omnes in eo consentiunt Autores terram *יִשְׂרָאֵל*, quam Israelitis habitandam dederat Pharaos *Gen. XL.* sitam in inferiori Aegypto, fuisseque terram multis fossis irriguam prope Delta, ab ea parte, quae Arabiam & Palaestinam spectat. Cum enim commendetur in Scriptura tanquam terra pascendis pecoribus aptissima, qua de causa etiam Jacobo atque filiis ejus, Pecuariam exercentibus, concessa fuit; Geographorum testimonio edocemur nullibi commodius, quam in antea descripta Aegypti plaga eam collocari posse. Ea enim Aegypti pars quae Delta appellatur à similitudine, quam habet cum litera graeca ejusdem nominis, omnium totius regni feracissima perhibetur esse regio, cum reliquae partes ejusdem regni vix commendari possint a fertilitate, nisi forte in locis, Nilo adjacentibus, videatur *Dapperus in Descriptione Africae p. 110.* Ex ea autem terra vix biduo ( ut non paucorum Autorum fert sententia ) ceperant proficisci Israelitae quan-

quando jubebantur convertere se ad mare rubrum, & unius diei itinere ad locum maris rubri à Deo designatum pervenerant: ex quibus omnibus hoc consequitur, eos ad partem maximè Borealem Sinus Arabici sese contulisse, ad eamque partem eum transmisisse. Quod ipsum argumentis, adhuc firmioribus comprobare licet ad hunc modum. Convenerant Israelitæ, omnes in Rameses & exinde deducebantur à Mose in Suchoth *Exod. XII. 38.* Rameses à Rege ejus nominis Ægyptio sub cujus Imperiò Troja expugnata esse dicitur, appellata videtur *Dappero Africa p. 87. b.* eademque hæc urbs à Græcis, temporibus insequentibus dicta Heliopolis, eodem autore annotante l. c. p. 66. cujus quidem nominis & Scripturam meminisse *Jes. XIX. 18.* sentit *Alphonsus Tostatus Episcopus Abulensis*: unde fortassis est, quod Scriptores Græci, qui Historiam exitus Israelitarum ex Ægypto tangunt, Mosen, faciunt Heliopolitanum, ut *Manetho, Apion,* & alii, quorum mentionem facit *Josephus lib. I contra Appionem.* Jam Heliopolis duo stadia vel 250 passus dicitur distare à Matareà, loco ad quem Joseph & Maria cum puerulo Jesu fugerunt, quærente Herode ut occideret puerum. *Matth. II. 14.* ut *Regis Poloniarum Architectus Epistola ad Athanasium Kircherum in Oedipio Ægyptiaco* testatur, & quidem Matarea sita versus orientem, ut Geographus Arabs *Abulfeda* notat, qui & addit Heliopolin ab Alcair distare dimidia Mergela, quemadmodum *Franciscus Quaresmius in Eucidatione terre sanctæ Tomo. II. Libro VIII, cap. 7. p. 950.* asserit Mathaream decem milliaria Italica a Cairo abesse. Ast Matharea à Sinu Arabico proximè distat, si linea versus borealiorem illius partem educatur, ut chartæ Geographicæ ostendunt; egressi ergò ex hoc loco filii Israël tendebant magis versus Septentrionem & ortum in Suchoth & Etham, hæc enim erat via ad desertum Maris Suph vel rubri, in quà duxisse Deum Israelitas dicit Mose *Exod. XIII. 18.* sicque prætergressi sunt extremum Maris Rubri Angulum Borealem, sed deinde DEI mandato *regressi sunt Exod. XIV. 2.* & ad extremam partem Borealem Maris rubri accesserunt. Clarius id ipsum describitur citatò modò Exodi capite, ubi locus ad quem Deus jusserrat ire Israelitas & in quò offendebat eos Pharaò, atque ex quò ipsi ingrediebantur Mare rubrum hisce verbis definitur: **דָּבַר אֱלֹהִים לְיִשְׂרָאֵל וְיָשָׁבוּ וַיַּחֲנוּ לִפְנֵי הַחֵירוֹת בֵּין מִגְדֹל וּבֵין הַיָּם לִפְנֵי בַעַל צְפּוֹן נִכְחוּ תַחְנוּ עַל-הַיָּם** *Loquere ad fi*

lios Israel, & revertantur & castrametentur à regione Oris ipsius  
 הִירָת, inter Migdol & inter mare, e regione בעל-צפן ex ad-  
 versò ejus castra metaberis ipsius Maris. Quatuor loca hic nomi-  
 nat Scriptura, quibus terminus ingressus filiorum Israël in Mare ru-  
 brum circumscribitur. Primus est פי הַחִירָת, vel ut Num. XXXIII.  
 8. absolutè dicitur הַחִירָת, quod quidem proprium loci nomen  
 fuisse non pauci interpretum sentiunt, qui Phihahiroth communiter  
 appellant, quemadmodum Lutherus reddit gegen dem Thal Hihroh/  
 alii tamen appellativum esse judicant, inter quos non malè illi nobis  
 videntur sentire, qui vocabulum הִירָת à חִרָר deducentes, expo-  
 nunt ante os foraminum, quod de Menochio & Bonferio Polus testa-  
 tur. Ingressum enim fuisse inter montes, qui ab utroque latere e-  
 rant, hodiernum isti, qui loca illa adeunt ab Incolis accipere solent,  
 prout videre est apud Quaresmium l.c. p. 960. Cœterum cum plu-  
 res hujus generis ingressus inter montes ad mare rubrum invenian-  
 tur, reliqua loca in prædictò versiculò expressa, distinctius eum defi-  
 niunt, per quem Israëlità ad mare rubrum tendebant, dum eum  
 inter Migdol & inter Mare è regione בעל-צפן positum fuisse  
 dicit. Migdol enim, uti ab omnibus proprium loci nomen esse  
 judicatur, quemadmodum & Jerem. XLIV. 1. XLVII. 14. hoc sensu  
 usurpatum legitur, ita vix alium designat locum, quam Magdolum.  
 Magdolum autem XII. milliaria Italica distat à Pelusidò aut Damiatà,  
 ut habetur in Itinerariò Antonini, illo fortassis locò, qui in Mappà  
 Geographicà Dapperi Signini appellatur, ex quò ascendendò per  
 montana maris rubri proxima, ad littus dicti maris Borealis pervenitur,  
 quod sane indicari etiam videtur reliquo hic expressò nomine, scilicet  
 בעל-צפן. Quanquam enim aliqui Idolum eo designari putent,  
 quod finibus custodiendis & ad impediendam fugam servorum ex  
 regnò, arte Magorum comparatum erat: nullò tamen hæc opinio nititur  
 fundamentò, nullaque autoritate firmari potest. Sed nec illorum  
 sententia approbari potest, qui voces istas Hebraicas Dominum spe-  
 cule significare & ostendere loca edita & prærupta hoc nomine  
 appellata fuisse, dicunt. Licet enim negari nequeat, ut ex חִירָת  
 nomen חִירָת Ezech. VII. 25. deductum legitur, ita & ex חִירָת  
 derivari posse nomen חִירָת in tota tamen Scriptura Sacra id voca-  
 bulum in significatione tali usurpatum non deprehenditur, sed ubiq;

pro

pro Aquilone aut Septentrione ponitur, tanquam a Radice רַב־עַלְמֵי originem habens. Rectius ergò sine dubiò dicere nobis licebit vocabulis רַב־עַלְמֵי designari hoc locò *Dominum Aquilonis aut Septentrionis*, & prout alias Dominus pili, pilosum, 2. Reg. I. 8. Dominus alæ, alatum *Prov. I. 17.* ita hoc locò Dominum Septentrionis nihil aliud, quam maris rubri Borealem aut Septentrionalem partem notare, ut ex hisce omnibus manifestum sit, Israëlitas inter Migdol & Maris Rubri רַב־עַלְמֵי seu extremum Aquilonare castra ponentes ad ingressum montium, ex iisdemque castris mare rubrum transmittentes, dictum mare ingressos esse ad latus ejus maxime septentrionale, seu ad linguam maris rubri, ut Autores loqui solent.

§. III.

De loco egressus Israelitarum ex Mari Rubrò variæ variorum sunt Sententiæ. Alii enim circa Tor egressos eos esse ex Mari Rubro, asseruere, teste *Quaresmio l. c. p. 973.* qui, ut alias taceamus rationes, vel eo ex argumentò rectè refutantur, quod a Sues proficiscentibus ad littus Orientale Maris Rubri, prius occurrat Mara. & deinde demum aliis locis interjectis Tor, unde consequitur, quod Israelitæ si circa Tor egressi essent ex Mari rubrò, ad Mara non venissent, nisi quis dicere vellet, regressos eos esse, & cum fugere debuissent Ægyptum, ei accessisse propius, quod tamen nec Scriptura innuit, nec ratio sana svadere videtur. Qua ipsa de causa nec *Geographiæ Nubiensis* sententia admitti potest, quæ de eadem hac re sequentia habet *Quarta parte Climatis Tertii p. 107.* Est præterea aliud iter per littora maris rubri, nempe ex Meisr ad Ain-Semes, ad oppidum Mairiie, ad lacum Algiob, (estque hic stagnum quoddam, in quod infuit annis Caberæ, qui Europæis Cairo) ad puteum Agerud, tum ad puteum Aginz, tum ad Calzem, tum ad Bain-Moghaire, (est autem hic portus cui adjacet lacus aquæ) tum ad Sinum Faran, tum ad Merbad, tum ad Feihran locum pernitiosum, in quo naufragium patiuntur navigia tempestate fuvemie: nam hic est sinus quidam habens a latere montem exsurgentem, ad quem venti cum alliduntur, contorquentur & irruunt in mare, atque undis concitatis perdunt quascunq; naves illic offendunt. Cum autem ventus australis dominatur, sulcare nullatenus potest. Occupat vero locus ille tam asper spatium sex fere miliarium.

A 3

Es

Et fertur hunc in locum immersus esse Pharaon ille maledictus. Etenim Faran jam ultra Maram collocant Tabulæ Geographicæ, ex hac autem descriptione locus ad quem egressi e mari rubrò pervenerunt Israelitæ adhuc remotior esset versus Meridiem atque ortum ex quò ad Mara non nisi retroeundo pervenire ipsi potuissent. Hoc certum est ex sacra Scriptura, Israelitas ingressos loco supra descripto mare rubrum, per medium illius transivisse, בְּתוֹךְ הַיָּם ut Exod. XIV. 22. dicitur, quæ phrasis quanquam aliquando id saltem indicet *intra mare* situm esse quippiam, ut patet ex inde, quod Tyrus sita esse dicitur *in corde maris* Ezech. XXVII. 3. licet non procul à continente edificata fuerit, Christus *in corde terræ*, i. e. in sepulchrò *Matth. XII. 40* & promiscuum vulgus *in mediò Israelis* esse dicitur, hoc est *intra castra*, cum tamen non fuerit in mediò locò castrorum: hoc tamen locò prout verba jacent accipienda esse videtur, cum in locis parallelis accurate & notanter eadem phrasis sit repetita, ita enim Num. XXXIII. dicitur: *Transiverunt per medium maris in solitudinem*: & Jos. IV. 23, expresse innuitur, eodem modò transivisse Israelitas mare rubrum, quomodo transiverunt Jordanem, ast verò non tantùm intra Jordanem ingressi sunt filii Israel, sed medium etiam ejus transmiserunt, necesse itaque est, ut & mare rubrum antea eodem modò fuerint ingressi, & medium ejus transeundò occupaverint. Quinimo si locum hunc ultimò citatum accuratius inspiciamus, id quoque ex eò recte inferri posse videtur, ita per medium maris transivisse Israelitas, ut ex unò littore, Ægyptiacò scilicet, ad alterum & oppositum pervenerint, quod Arabicum hodie appellatur, simili enim modò & Jordanem iidem transiverunt, ut patet ex Josue III. IV. V. Et hoc sane non solum Hebraicum עָבַר postulare videtur, sed consentiens etiam antiquorum Scriptorum Autoritas confirmat. Etenim Josephus lib. 11. *Antiquitatum Judaicarum* cap. 8. ita scribit: *Jam in adversum litus evaseram Hebræi, hostibus à tergò relictis*: & Philo lib. 3. *de vita Moysis*: *Tempestas procellosa in litus adversum eiecit egyptiorum cumulos; quo magis servati Hebræi suam a DEO salutem agnoscerent, non solum evadendo pericula, verum etiam spectando hostes deletos ope divinà sine humanis viribus*: similia habet Gregorius Nyssenus Libro *de vita Moysis*: *Tunc, inquit, res accidit, quæ præ cæteris omnibus fidem excedit, summus ille vir divinitus monitus ad litus descendit, Mareque Rubrum*  
virgâ

virgâ percussit, & subito, ut in vitro facta scissura, facile ex alterâ parte  
in alteram pervenit. Sic ictu Mosæ virgæ in oppositam usque ripam  
hinc atque hinc cedentibus aquis scissura pervenit, & deinde Hebræi oppo-  
nitum litus incolentes cum pervenissent, à longo per medium Pelagus iu-  
sistere quiescentes, cantum Deo cecinerunt. Equidem nonnulli ex Ju-  
dæis, & ex Christianis *Alphonsus Tostatus Episcopus Abulensis* & *Paulus*  
*Burgenfis*, quos quidam alii sequuntur & inter eos quoque doctissi-  
mus *Jacobus Lissertius*, ut refertur in *Actis Eruditorum Lipsiensibus Anno*  
*1691.* huic sententiæ varia ex Scriptura deprompta argumenta  
obstare, ac proinde rectius statui putant Israelitas, cum Ægyptiorum  
effugere manus nequirent, hinc mari, illinc monte in mare usque  
protensò impediti, divinò miraculò ita transivisse per mare, ut factò  
in eodem semicirculo, circumeuntés montem in mare excurrentem,  
ad idem litus ex mari egredereentur, per quod illud ingressi erant: ast  
si accuratius argumenta illa ponderaverimus, deprehendemus illa  
priorem sententiã, nequaquam destruere, ac proinde posteriorem  
hanc, quæ verbis Scripturæ apertis adversatur, vullatenus admitti  
posse. Quando enim initio exinde colligere nituntur Autores antea  
nominati ad idem litus ex mari rubrò egrossos esse Israelitas, ex  
quò ingressi illud erant, quoniam *Exod. XIII. 20.* & *Numerorum XXXIII*  
*6.* castra metati in Etham ad desertum, & nihilominus postquam  
ex mari rubrò egrossi sunt rursus in desertò Etham iter fecisse di-  
cuntur *Num. XXXIII. 8.* ex iis, quæ antea dicta sunt, haud diffi-  
culter responderi potest, ad mandatum divinum regressos aut reversos  
esse versus meridiem Israelitas integri diei itinere, qui antea jam ma-  
gis versus Septentrionem & ortum progressi erant, unde mirum esse  
non potest eos ad idem denuo accessisse desertum ex cujus finibus  
antea abierant, præcipuè cum longò tractu desertum illud continu-  
aretur, si non ex utroque Maris rubri littore, ast saltem ad litus  
ejus septentrionale & orientale. Non ergo ex dictis Scripturæ su-  
pra allatis hoc inferri potest, Israelitas ad idem Maris rubri litus e-  
gressos esse, ex quò mare ingressi erant, sed id tantum, eos ad idem  
desertum rediisse, à quò versus austrum per integrum diem regressi  
jam erant aut retrocesserant. Deinde nec evincitur eorundem auto-  
rum propositum ex eò, quod brevi illo temporis spaciò, quod in  
transitum maris rubri impenderunt Israelitæ, fieri nequaquam potu-  
isse

67

66

65

64

63

62

5

58

57

56

55

54

53

48

49

50



isse dicunt, ut ex littore Ægyptio in Arabicum pervenirent. Etenim cum nox illa, qua transitum per mare rubrum celebrabant Israelitæ, Æquinoctium Vernale ante aliquot jam dies celebratum, sequeretur, ut patet ex *Num XXXIII. 2.* & proinde brevior esset XII. Horis, nihilo tamen minus Israelitæ tertia demum illius noctis vigilia mare rubrum ingredi potuerunt, idque ea de causa, quoniam *Exod. XIV. 21.* dicitur, per totam noctem, hoc est, per maximam noctis partem, juxta Scripturæ stilum, spirasse ventus vehemens & urens, ut fundus eo exsiccaretur, & hoc temporis spatium elapsò demum ingressos esse Israelitas mare rubrum asseritur, quod tamen jam transferint sub initium vigiliæ quartæ seu matutinæ, ut *Exod. XIV. 24.* dicitur, cum eò tempore redierint aquæ & submerferint Ægyptios, undè efficitur, ne quidem per integrum trihorium istum maris rubri transitum durasse: ast multo longius distant littora adversa maris rubri, quam ut tantillo temporis spatium ab unò ad alterum transiri possit, cum juxta *Quaresmium l. c. c. 5.* milliaria Germanica quinque vel triginta Italica, vel decem leucas Hispanicas illo in loco latum esse mare rubrum, quo transmiserunt illud Israelitæ, judicent *Autores.* Verum enim verò, ut multa alia, quæ ad hanc objectionem responderi possent hac vice ne tangamus quidem, ex supra dictis id omnino consequitur, vel illò trium horarum spatium concessò, Israelitas Mare Rubrum commode transmittere potuisse. Cum enim id tanquam certum supponatur, Israelitas circa partem maximè Borealem Mare Rubrum transisse, nec ad *Tor* aut *Eltor*, sed ad locum *Marà* Borealiorem, accessisse in littore Arabico, hoc omninò consequitur, non quinque milliariam Germanicorum, aut triginta Italicorum iter emetiri ipsos necesse habuisse, sed multo brevius. Non solum enim *Johannes de Barros in Asiæ suæ Decad. 2. lib. 8. c. 1.* novem millibus passuum, seu novem milliariibus Italicis definit iter istud, quod per fundum maris rubri contecerunt Israelitæ, sed & *Tabulæ Geographicae* omnes latitudinem maris rubri circa extremum ejus Septentrionale sesquimilliarium Germanicò majorem non faciunt. Tantam autem viam homines festinantes intra tres horas commode absolvere possunt, Israelitæ verò multò facilius poterant, cum singulari auxilio illis adesset Deus, nec in *Tribubus illorum esset infirmus*, ut asseritur *Psalmo CV. 37.* Minoris momenti ea videtur esse objectio, quam ex illo  
Scripturæ

Scripturæ asserto desumunt prædicti Autores, quod cadavera Ægyptiorum, in mari rubro submersorum, in illud litus ejecta fuerint, ad quod transgressi erant Israelitæ, ut dicitur *Exod. XIV. 30.* Quam enim ordinarie mare ad littora propinquiora ejicere solet defunctorum cadavera, id tamen incertum est, utrum Ægyptii proximiores fuerint littori Ægyptio, an verò Arabico, quando Mare Rubrum fluctibus suis illos enecavit? cum in Scriptura nulla hujus rei testimonia inveniamus. Præterea verò ipsa cadavera Ægyptiorum miraculò divinò ad litus ejecta sunt à mari rubrò. Etenim observant Physici ante diem tertium non supernatare in aqua submersorum cadavera, nedum ut ad littora ejici possint fluctibus. Ast vero corpora Ægyptiorum eòdem statim die, sub cujus auroram submersa fuerant, in littore ab Israelitis visa sunt. Unde nec de plaga ad quam ejecta sunt ad litus cadavera Ægyptiorum ex naturæ consuetudine judicandum est, cum divinò miraculo & hoc ipsum esse factum ex divina edocemur revelatione. *Quaresmius l. c. p. 971. seqq.* eo potissimum argumento confici putat Israelitas non transisse ad litus Arabicum, sed ad Ægyptium rediisse, quoniam post transitum Maris Rubri dies tres dicuntur ambulasse in desertò Etham antequam venirent Maram, ut dicitur *Num. XXXIII. 8.* Cum enim Mara a Sues, portu Maris Rubri ad litus Arabicum celeberrimo duodecim vix absit milliaria Italica, ut idem auctor docet *p. 979.* ille autem portus versus Boream extremus sit in littore Arabico, indeque in ejus confiniis, juxta superius exposita, necesse fuerit Israelitas exivisse ex Mari rubrò, potuissent ipsi pervenire Maram intra pæucas horas, nequaquam verò tridui iter per desertum Etham conficere opus habuissent, multò minus post egressum ex Mari Rubrò ante perambulare desertum Sur, quam venirent in desertum Etham, ut videtur innui *Exod. XV. 22.* Sed neque hoc argumentum quicquam concludere adversus assertum nostrum videtur. Initiò etenim desertum Sur idem esse cum desertò Etham testatur *Hieronymus in Epistola ad Fabiolam,* ita scribens: *Egressis de Mari Rubrò occurrunt Eremitæ Sur, quæ & Solitudo Etham dicitur:* ut proinde Desertum ab Eremitò Etham diversum peragrarè necesse non fuerit Israelitis, antequam accederent ad desertum Etham. Deindè verò nec exindè concludi potest ad locum longius à Marâ remotum pervenisse Israelitas ex Mari egressos, quoniam tertiò demum itineris die ad Maram

B  
accesse-

accesserunt. Etenim cum omninò ignota Israelitis esset via in deserto, atque incerti essent ipsi quo eundem sibi sit, vix fieri potuit, ut rectò itinere à Sues proficiscerentur ad Mara, sed varia potius tentasse videntur itinera, donec tandem ad locum, in quo aquam deprehenderent, pervenerint. Quod vel exinde confirmari potest, quoniam hæc prima fuit tentatio, quâ Deus explorare voluit animos Israelitarum, ut dicitur *Exod. XV. 26.* Quemadmodum enim in tẽtò illò itinere à Mari rubrò ad terram promissam non deduxit Deus Israelitas viâ brevissimâ, sed per varias ambages, non solum, in pœnam peccatorum populi, sed & ut magis magisque eum probaret & exploraret, ita vel hoc statim locò id fieri cœpisse ut dicamus, nihil omninò obstare viderur. Quibus ita sese habentibus jam concludere nobis licet, Israelitas Mare Rubrum ad littus Ægyptiacum extremum fere versus Boream ingressos, in littore Arabicò & ejus quidem extremò versus Septentrionem egressos ex illo rursus esse, atque ita per medium ejus utique transivisse.

#### §. IV.

Quibus ita confirmatis, jam facilius inquiremus, an via hæc, quam Israelitæ per fundum maris rubri confecerunt, aperta ipsis fuerit naturæ viribus, an vero divino miraculo? Non solum enim *Memphitæ* olim asseruerunt, *Moysum totius regionis scientissimum, observato reciprocanti æstu-tempore, sicco mari universam multitudinem transmississe*, ut §. 1. ex *Ariapano* ostensum fuit, sed & *Josephus lib. II. Antiquitatum cap. 7.* argumentum videtur suppeditare ex quo idem probari possit, quando: *Nemo autem, inquit, mirari debet, tanquam incredibilia, si priscis hominibus, & ad malitiam rudibus, de salute periclitantibus, via per Mare paruit, sive Dei voluntate, sive sponte naturæ: quandoquidem heri & nudiù tertium Alexandri ductu Macedonibus Pamphilitum mare cesserit, & aliam viam non habentibus illac iter aperuit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum Imperium uti decrevisset: id quod omnes testantur, qui res gestas illius Regis scripto prodiderunt.* Quinimo hodiernum nonnulli, qui Christianorum in cœtum cooptari volunt, dantur, qui eandem cum Memphiticis illis Ægyptiis fœvent opinionem, ex quorum numero recentissime *Johannes Clericus* in *Differatione de Trajectione Maris Idumæi, inserta Commentario in Penitencium p. 541.*  
illud

illud imprimis adstruere conatur. Sed vero, quam infirmo tibi-  
cine hæc nitatur assertio, vel ipsa natura edocere nos potest. Equidem  
illorum non accedimus sententiæ, qui nullum in Mari Rubro æstum  
sive Fluxum ac Refluxum dari asseruerunt, inter quos Galileum de Ga-  
lileæ Mathematicum summi nominis refert Ricciolus *Almagesti Novi*  
*lib. IX. p. 367.* ut & *Marisortium: Geograph. lib. X. cap. 4. num. 2.*  
Variis enim argumentis probatum est oppositum ab Autoribus cele-  
berrimis. Athanasius imprimis Kircherus in *Mundo Subterraneo lib. 3. qui*  
*Hydrographicum est cap. 10. Dissertatione 10. p. 161.* æstum seu flu-  
zum & refluxum Maris rubri ad hunc deducit modum: *Quando Luna*  
*Oceanum Indicum radiis suis ferit, is subito tumefactus per fretum Aden in*  
*Mare Rubrum sese insinuat, & usque ad apicem lingue maris rubri undas*  
*coarctat, ubi post ingentem affluxum, quem in litore efficit, una se per*  
*subterraneum meatum in mare mediterraneum evolvit, quocirca Mare*  
*Mediterraneum peregrinis hisce aquarum advenis pulsus, tum paulatim*  
*ipsa Lunæ exorientis facultate tumefactus, ex oriu in occasum instimula-*  
*tur, atque inde porro per fretum Gaditanum Atlantico Oceano concedi-*  
*tur, & lib. 2. p. 22.* experimento quopiam certissime confirmare sata-  
git idipsum, quod his verbis refert: *Cum Bassa urbis Sues, quæ Urbs*  
*in ultimo Maris Rubri Angulo ad apicem lingue sita, olim Afsion-Gaber di-*  
*cebatur, quodam tempore celebri venationi piscium interesset, contigit,*  
*ut dum retia littori admoventi piscatores, ingentem is Delphinum inclu-*  
*sum deprehenderent, quem & tanquam rarum quid & insolens, tum ob*  
*vastitatem, tum ob belluæ miram visu formam, Bassa obtulerunt. Is visa*  
*cum admiratione bellua, non occidendam, sed libertate donandam judicavit,*  
*quod etiam factum est, & insita prius inter branchias animalis ex Auri-*  
*chaleo lamina, Arabicis litteris inscripsit hoc verborum tenore: Ameth*  
*Abdalla Bassa Sues tibi vitam una cum hoc munere donavit, Anno Hegiræ*  
*Septingentesimo vigesimo. Bellua hoc munere cohonestata mox mari immissa,*  
*se novi sibi circumdari oneris molestia gravatam sentiens, terroreque agi-*  
*tata in intima maris viscera se proripuit. Contigit vero eodem anno, ut*  
*piscatores in mari Mediterraneo prope Damiatam venationi inservientes*  
*præter insignem piscium multitudinem reti inclusam etiam inusitata magni-*  
*tudinis Delphinum in terram traherent, quo in paries dissecto, laminam illam*  
*Arabicis litteris a supradicto Bassa non ita pridem inscriptam, invenerunt,*  
*de quo certior factus Bassa, suam hanc Scripturam esse fassus est. H. J. Qui-*

bus Kircheri argumentis pondus addit observatio Nautarum, quam *Ricciolus Geographiæ & Hydrographiæ Reformatae lib. X. cap. 4. num. 3. p. 419. & num. XII p. 421. Edit. Vencæ.* refert, asserentium, *magnam irem esse æstum in toto Erythreo ac Rubro Mari:* addatur & *Bernhardus Varenius Geographiæ Generalis lib. I. cap. XIV. Prop. 14. p. 184. Edit. Belg.* Ex hisce tamen omnibus non putamus effici posse illud, quod *Memphitici* eorumque asseclæ adstruere ex iis nitebantur. Ut enim hac vice non examinemus, utrum eo tempore, quo Israelitæ transiverunt Mare Rubrum, detumescere illud potuerit, & Egyptiis fundum Maris Rubri ingressis intumescere? quod pluribus præstitit famigeratissimus *Paulini in Philosophischen Seyrabend num. X. p. 248. seqq.* cum ad certa tempora diurna æstum in omnibus locis revocare non liceat, ut constat ex *Varenio l. c. Prop. 18. p. 187. seqq.* quanquam in plurimis locis illud non infeliciter fiat: plurima tamen alia in hoc Aquarum Maris Rubri recessu occurrunt, quæ ostendunt æstum ejus causam non extitisse. Etenim detumescentibus aquis marinis littus quidem, ad plura sæpe milliaria, ipse autem medius maris fundus nequaquam denudatur, ut ex *Riccioli Geographiæ & Hydrographiæ Reformatae lib. X. cap. 4. n. 4. p. 419. & seqq.* manifestum est, quod de Mari Rubro in specie testatur *Scaliger Exercitatione LII. de Subtilitate p. 198.* in hæc scribens verba: *Ad Sues usque, quod oppidum in intimo recessu Maris Rubri jacet, mare sic illud litus aperit, ut fundum Maris nunquam discooperiat.* Ast vero ostensum fuit in antecedentibus Israelitas transivisse Mare Rubrum per medium, & quidem ad littora ejus versus Boream extrema fere, hoc est, non procul à Sues, qui ergo ex naturæ æstum marinum causantis viribus recessum illum aquarum deducere ullo modo liceat. Nec est, ut ex *Josepho Alexandrum M. objicias Pamphilium Mare cum exercitu transmittentem.* Etenim ut egregie hac de re *Natalis Alexander Historiæ Ecclesiasticæ V. E. p. 369. Edit. Paris. in Folio:* nihil hoc admirabili Hebræorum per Mare Rubrum transiui simile habet. Inde & *Plutarchus jam in de Fortuna Alexandri,* nihil divini in hoc Alexandri cum Exercitu maris Pamphili transitu agnoscit, dum in hæc scribit verba: *Pamphiliæ percursus compluribus suppeditavit Historicis elegans ad miraculum excitandum & pompam argumentum, quasi divina quadam sorte cederet Alexandro mare, quod seivum alias ex alto litus verberaret, raro autem tenuia & resonantia sub*  
abru-

abruptis & confragosis rupibus aperiret saxa. Id quod Menander quoque  
indicat ad rei novitatem alludens:

Quantam Alexandrina jam ista. Quæro quodsi forte quem  
Ulro currens aderis hic coram:  
Sin meandum per maris fluctus profundi,  
Permeabilis mihi mox fit.

Alexander ipse in Epistolis suis nihil porienti ejusemodi jactat, iter narrans  
fecisse se per Climaca appellatam, atque ex Phaselide progressum, eam per-  
grasse. Et sane nec per medium mare Alexander cum exercitu suo  
migravit, sed ad littus saltem aquis sæpe alias quoque denudatum,  
nec sicco pede, sed militibus ad umbilicum usque aquis immerfis, ut  
Strabo lib. XIV. Geographiæ testatur: Apud Phaselidem, inquit, sunt  
ad Mare angustia, per quas exercitum iraduxit Alexander. Est enim  
ibi mons Climax, Pamphilio incumbens mari, & propter litus arctum  
relinquens transitum. Qui tranquillo mari nudatur, & a viatoribus  
perambulari potest: Mari exundante fluctibus admodum obtegitur. A-  
lexander autem hybernâ incidit in tempestatem, cumque fortune maxi-  
mam eventus partem crederet, antequam defluerent undæ, profectus est:  
itaque conigit, ut totum diem milites per aquam iter facerent, usque ad  
umbilicum in eum demersi. Unde & Arrianus ardua via incessisse cum  
Exercitu Alexandrum scribit, quando lib. 1. de Expeditionibus Alexan-  
dri, hæc refert: Alexander ex Phaselide movens aliquam exercitus par-  
tem per Montana Pergas mittit, qua Thracæ iter monstrarunt, arduum  
quidem, sed compendiosum. Ipse secus mare per litus suos ducit. Via  
autem hæc aliter confici non potest, nisi ventis a Septentrione flantibus:  
Austro autem invalescente, ægre per litus iter fit. Tum veropro debemen-  
tibus Austris Boreales venti exortii, non absque divino Numine quodam  
(ut ipse Alexander, & qui cum eo erant interpretabantur) facilem ac cele-  
rem transitum præbuerunt. Placet in hanc rem afferre responsum  
Johannis Adami Osiandri ex Commentario in Pentateuchum Part. 2. p.  
138. quæ ita habet: Sicut Josephus refert, gentium Scriptores de Ale-  
xandro prodiderunt ejus ductu mare Pamphiliam cessisse, cum Deus ejus o-  
pera ad destruendum Persarum Imperium uti decrevisset, quidni Deus po-  
tuerit populo suo ita aperire viam: quanquam erret Josephus, immo quia  
Curtius nihil habet nisi hoc: Mari novum iter in Pamphiliam apernerat,  
imm quia Strabo lib. 14. testatur, Maris Pamphili litora observato est,

temerario quidem, sed felici ausu, immixtis umbilicorenum militibus oblique legisse & superasse; ium si quid de Alexandro proditum est, ab illis profectum censendum, qui ut Magnaribus placeant, quæque consingere solent, & consimilia de ipsius ortu & Natalibus vendiderunt somnia. Ex quibus omnibus patet admodum dissimilem fuisse expeditionem illam Alexandri, Israelitarum per Mare Rubrum transitui, nec naturæ viribus in Mari his esse apertam viam, sed divino miraculo. Et sane si ordinario æstu detumuisset Israelitis, aut intumuisset Ægyptiis ingressis, Mare Rubrum, qui fieri ullo modo potuisset, ut Pharaonem ejusque ministros aut sane accolas Maris Rubri eo loco natos & educatos lateret ille fluxus & refluxus Maris, cum quotidie illi Maris observantes vicissitudines hanc quoque omnium reliquarum maxime notabilem non videre non potuissent. Ast vero si cognitus fuisset æstus ille Maris Ægyptiis, si scivissent refluxas mox aquas siccam illam Maris viam inundaturas, nunquam illi, nisi mente captos dicere velis, mare ingressi essent, atque vitæ discrimini sese exposuissent, aut saltem citius hoc fecissent, ut antequam aquæ refluerent in adversum litus egredi ipsis liceret. Nihil vero illi horum fecerunt, idque exiade, quoniam nihil de Maris rubri æstu viam per medium pandente cognitum habebant. Quod ne conjecturis ducti asserere tantum videamur *Josephi* etiam confirmat testimonium, qui *lib. II. Antiquitatum cap. 7. Israelitis*, inquit, *impigre Mosem subsequen- tibus*, nimirum divina ope fretis, Ægyptii primum insanire eos putabant, in manifestam perniciem ruentes. Postquam vero viderunt eos longe processisse, & impune absque omni impedimento iter facere, impetu facto persequi eos ceperunt, quasi & ipsi inum per mare iter habitari; & premissis Equitibus a litore descendebant: Jamque in adversum litus evaserant Hebræi, hostibus a tergo relictis, quos armis graves ipsa etiam Miraculi novitas est remorata: Sed cum incolumes illos terram tenere viderent, sibi quoque eundem eventum pollicebantur. Verum fefellit eos hæc opinio, nescientes non quorumvis talem viam esse, sed Hebræorum sanum, Accedit & illud, quod nullis subsequen- tibus temporibus, habitantibus licet in Ægypto & adjacentibus locis moratoribus populis, simile quippiam de Aquis Maris rubri sit observatum, quod tamen fieri utique debuisset, si natura post certa temporum intervalla æstus hujusmodi causa esset. Sed Scriptura ipsa firmissimum adversus illos

nobis

nobis suppeditat argumentum, qui naturæ viribus ordinario æstu iter per mare rubrum apertum esse Israelitis contendunt. Etenim quando *Exod. XIV. 22. 29.* describitur transitus iste Israelitarum exsertis verbis dicitur, *aquas fuisse illis instar murorum, a dextris & a sinistris.* Mare nimirum ordinario æstu detumescens littora aquis destituit, ut in illis partibus, quæ antea aquis tectæ erant, tunc nullæ aquæ appareant, nequaquam vero ita aquas dividit, ut ex utroque latere aquæ remaneant, medius autem fundus iis destituatur. Cum enim omnia liquida ita a natura facta sint, ut suis terminis nequaquam contineantur, sed alienis demum solidioris scilicet corporis, qui fieri potuisset, ut pars quædam aquæ Maris Rubri ita reflueret naturaliter, ut tamen reliquæ aquæ non sequerentur, sed consisterent ex utraque parte, & quidem ad insignem altitudinem, ut prædicta Scripturæ Phrasis innuit. Eodemque pertinet, quod aquæ non prius cessisse aut rediisse dicantur, quam Moses manum suam extenderet *Exod. XIV. 16. 21. 26.* Neque enim ordinarius & naturalis maris rubri æstus extensionem manus & baculi Mosaici sequebatur, sed statuta sua observabat tempora, quibus & prioribus jam diebus & subsequenteribus & fluebat & refluebat. Denique & illud satis hoc ipsum evincit, quod tanquam singulare miraculum Deus omnia illa populo Israelitico sese exhibiturum promiserit, & ex suo mandato omnia Mosen agere iusserit, quodque magnam Dei manum & potentiam exinde Israelitæ cognoscerent, ut dicitur *Exod. XIV. 31.*

§. V.

Quæ cum ita sint, nec illorum sententia locum inveniet, qui ventum illum *vehementem & urentem*, ut vertunt aliqui, verba *Exod. XIV. 21.* ברור קרום עזרה, causam naturalem divisarum Maris Rubri aquarum fuisse, adstruere annisi sunt. Non solum enim *Cornelius a Lapide* in h. l. testatur: *Putare nonnullos; uti S. Basilium in Catania, hanc Maris divisionem factam esse, per ventum urentem, vel propellentem & extrudentem aquas, vel eandem siccantem & absumentem:* sed etiam ante nominatus *Johannes Clericus* æstui marino ventum illum conjungit, quo adjuvante & facilius defluerint, & impeditiæ fuerint aquæ, ne celerius affluerent. Nequaquam enim ventus, etsi vehementissimus, vastum mare unica nocte aquis in medio



dio denudare vel exsiccare aquas, aut tantam fluctuum & undarum vim tam celeriter expellere & diffundere potest. Et si forte hoc præfacte quispiam tueri non erubescat, id sane ut fateatur necesse est, ventum nequaquam ad eum modum aquas naturalisua virtute vel dividere vel retinere posse. ut intermedia via exsiccata, aquæ ex utroque latere, tanquam muri consistant. Quodsi tamen quispiam cum ante laudato *Osiandro* asserere velit, *ventum medii rationem habuisse ad divisionem maris rubri*, quam Deus excitato supra naturæ cursum vento miraculose perfecit, illi litem nequaquam movebimus, modo certum maneat, non viribus naturalibus id ventum præstitisse, sed extraordinaria & peculiari plane ratione ac miraculoso modo Deum usum esse vento, ut aquæ Maris Rubri eodem dividerentur & tanquam muri ab utroque latere starent, tum & fundus eodem exsiccaretur, ut commodior Israelitis via panderetur.

§. VI.

Qemadmodum autem ex hætenus dictis satis constat, miraculo divino viam per medium mare rubrum apertam esse Israelitis: ita miracula præter necessitatem cumulare videntur, qui non unam, sed plures vias, per fundum maris Rubri, tot nempe, quot erant tribus Israelis, Deum divisit toties aquis, fecisse asserunt, idque probare conantur ex *Psalmo CXXXVI. 13.* quo locodicitur *divisi mare לַגּוֹרִים* in divisiones, plurali numero: ut & ex *Psalmo LXVIII. 28.* *Benjamin adolescentulus, in mentis excessu: Principes Juda, duces eorum: principes Zabulon: principes Naphthali.* Faciunt id Judæi plerique & ex Christianis *Origenes Homil. 5. in Exodum, Epiphanius Hæresi. 63, Genebrardus lib. 1. suæ Chronologiæ & alii plures, inter quos imprimis Alphonsus Tostatus Episcopus Abulensis in cap. 14. Exodi quæst. 7. pluribus de hac re agit, & quæst. II. novo miraculo, quod ex Pauli Orofi lib. II. affert eam sententiam confirmare nititur, dum in hæc scribit verba: Magnum autem divinæ punitionis monumentum, atque recordatio, posteris magna documenta daturum usque hodie restat: nam cum Ægyptii in curribus & equis Hebræos per Mare rubrum persecuti essent, rotarum signa, quæ vivis arenis impressa sunt, usque hodie perseverant: ita ut si rotarum orbis eadem die illa vestigia impressissent. Et si forte contingat ventis impellentibus, arenarum aggeribus, signa illa occultari,*


mox

mox divina providentia ad statum pristinum reducuntur, ut si divina miracula, homines spiritu invidiæ concitati, tacuerint, ipsa per se terra exclamet, &c. Plurium enim vestigia viarum ad Mare rubrum conspici, quibus insistentes Israelitæ Mare Rubrum pertransiverint, hodiernum ex Traditione accolarum referunt, qui loca illa inviserunt, videatur *Quaresmius Elucidationis Terræ Sanctæ Lib. VIII Peregrin. 3. cap. 6.* Etenim hæc omnia non obstare putat *Theodorem*, quo minus dicatur unam tantum viam in Mari Rubro apertam esse Israelitis & per eam omnes tribus, ordine tamen decente, ex Ægyptiaco in oppositum litus transisse: ita enim scribit *Quæst. XXV. in Exodum.* Quidam ferunt divisum fuisse Mare Rubrum duodecim sectionibus, & unamquamque tribum seorsim transisse, idque putant *Beatum David* his verbis dixisse: Qui divisit mare Rubrum in divisiones. Ego vero existimo bifariam tantum mare fuisse divisum, quemadmodum scriptura divina docet, dicens: Aqua autem erat illis murus a dextris, & murus a sinistris: latamque viam fuisse, & numero transeuntium convenientem. Deduxit enim, inquit, eos in abyssum, sicut in deserto. Quod videtur indicare amplitudinem viæ patentis: Non tamen ille prior intellectus rationibus pietatis adversatur. Utrumque enim est opus divinum & admirandum. Sequi tamen debemus Sacræ Scripturæ veritatem. Atque idem hic Ecclesiæ Doctor respondet quoque ad locum ex Psalmo CXXXVI. objectum, dum ita in eum commentatur: Nonnulli Hebræorum fabulas securi, dixerunt divisiones maris rubri equalis numeri cum duodecim Tribubus factas esse, quoniam Propheta non divisionem, sed divisiones dixit. Oportebat autem scire ipsos Mare bifariam sectum, ac duo ex uno facta fuisse. Nam aqua ipsis murus erat a dextris & murus a sinistris. Quapropter sectionem Maris in duas partes, divisiones appellavit. Indicare nimirum hisce verbis vult, Divisiones Davidi idem esse, quod partes, more scripturæ & alibi recepto, nempe *Gen. XV. 17.* ubi dicitur: *Lampas transibat inter divisiones*, h. e. inter duas illas partes distectarum carnium, ut sic dum mare dicitur divisum in divisiones, illud in duas partes divisum fuisse intelligendum sit. Nec plus subditi ex altero divini Psalms loco prioris sententiæ Autoribus accedit, utpote qui hoc solum indicat, suo sub Duce ac suo ordine quamque ex Israeliticis tribubus incessisse, quod non minus una via patente, quam duodecim diversis viis apertis fieri utique potuit. Quod ipsum & de Traditione illa, quam ex *Orosio Abulensis* retulit, dicendum est. Scilicet


licet Deum aperuisse latam viam in mari Rubro Israelitis, per quam incefferint illi in varios ordines, sibi collarerates, divisi, tam ingredientes, quam egredientes Mare Rubrum. Quanquam de Traditionis hujus veritate non immerito plurimi valde dubitent, non minus ac de ea, quam Hebræi afferunt de duce, qui hæsitantibus & trepidantibus reliquis Israelitis viam per Mare Rubrum apertam primum ingressus est. Hunc enim Aminadab principem Tribus Judæ fuisse dicunt, ut Hieronymus Commentario in cap. XI. *Hosæ* refert, ita scribens: Tradunt Hebræi hujusmodi fabulam: In exiis Israel ex Aegypto, quando ex alia parte Mons, ex alia Rubrum Mare, & ex alia Pharaonis cingebat exercitus, & inclusus populus tenebatur, cæteris Tribubus desperantibus salutem, & aut reverti in Aegyptum aut bellare cupientibus, solus Judas fideliter ingressus est mare: unde & regnum meruit accipere; & hoc esse quod nunc dicatur: Judas testis sermonum Dei, & adstipulator aut vindex, descendit cum Deo in mare, & inter sanctos fuit fidelissimus, ut verbis jubentis credere Dei. Hoc illi dicunt. Contrarium sane hujus Traditionis refert Josephus lib. II. *Antiquit. cap. ultimo*: Moses auem, inquiens, videns adesse Deum, & mare de suo loco cecidisse, primus progreditur, hortatus Hebræos, ut alacriter sequantur per viam divinitus datam, & læti præterito periculo gratias agant ob tam incredibilem salutis rationem tam subito exortam, Illi vero divina ope freti, impigre subsequuntur. His enim verbis non Aminadab, sed Moysen ducem extitisse Israelitarum per apertam in mari rubro viam diligenter inculcat. Constat ergo ex hæcenus dictis, quænam recte asserantur de transitu Israelitarum per mare rubrum, quæ vero minus, quod quidem inquirere hac vice nobis propositum erat.

#### Corollaria Respondentis.

1. Non repugnat Viri Boni Officio Veritatem interdum reticere.
2. In Æternitate & præteritum & futurum exulat.
3. Stella, quæ nato Christo Magis apparuit, nec fuit una de Fixis stellis aut Septem Planetis, nec proprie dictus Cometes, nec naturæ viribus producta stella nova.
4. Quanquam gravissimi Autores Iridem post diluvium demum in nubibus cœpisse videri, sentiant, non tamen damnamus illos, qui & ante diluvium jam extitisse eam pronuntiant.











Sed cum religione Iudaica res profus aliter habet. s sub Patriarchis, eorumque numerosa prole egit radi- vnquam calamitates propterea a Deo populo Iudaeo ae, vt Profelytorum maior numerus Iudaismo adiace- nde neutiquam tam diuturna Christianorum vexatio quidem Iudaeorum. Illa per tria tantummodo secula Christi gregem adflixit; deinde ipsorum fides, euictis mine ac splendore suo totum terrarum collustravit n haec contra calamitas non tria secula sed per grande i spatium iam perstitit, neque vlla spes mitioris fati

§. VII.

nem impono huic qualicunque scriptioni, summum itissimis exorans precibus, vt excoecatam Iudaeorum efu Christo per spiritum sanctum ad lucem veritatis io, pariete intergerino per sospitatore nostrum sub- daei, suus olim populus, tum nos insititii huius olea- to spiritu, vna mente, vnoque ore, ipsum colamus, elebremus. Deo trino sit laus, honor et gloria in rum. Amen.

*Epilogus et preces pro Iudaeis ad Deum fusae.*

CLA-

TIVS quidam conscripsit librum de Iudaeo Chrificida, e peccante et vapulante; allegatum hoc scriptum in 11 L' Historie des Iuifs T. IV. c. l. §. XI. p. 926, edit. m. inueni.

